Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



274

resurrexisse. Si dicebam motus est pes meus. Considerans fragilitatem meam et imbecillitatem humanam. Non putabam pedem meum firmo stare gradu. Ubicumque ponebam pedem lapsum timebam. Rursum cogitabam nomen tuum et firmo stabam pede. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Hoc ipsum et apostolus loquitur quoniam secundum labores et miserias quasi in isto sancto patimur habemus mercedem apud dominum in caelis magnitudo retributionum magnitudo praemiorum est, quod patimur ut uberiora tot mereamur et coronas, hoc est quod dicit, quanto magis egi penitentiam tot tempus sine consolatus es. Unam fudi lacrimam unam merui consolationem. Decem fudi lacrimas decem merui consolationes, quantum cumque fuit pondus penitentiae tantus fuit et consolationum numerus, qui fingit laborem in praecepta. Nemo dormiens coronatur. Nemo securus possidet regna caelorum. Nemo refecto uentre potest digne de ieiunis disputare, uide ergo quid dicat. Qui fingit laborem in praecepto. Omnia in praecepta domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna caelorum. Ut uti scire quaeratem. Si uis inquit perfectus esse uade et unde omnia quae possides et da pauperibus et ueni sequere me. Qui uult inquit consequi regna caelorum diebus et noctibus orare et uigilare et ieunare iaceat in sia thio. Non in pluma non in serico ~~penitentiae~~ non amat deliciis quia cinerem inquit sicut panem manducau et potum meum cum fletu miscebam. Qui fingit dolorem in praecepto. Captabunt animam iusti. Uide ne quomodo uideatur esse non consonans. Quae enim est consequentia qui fingit laborem in praecepto. Captabunt animam iusti. Sed quod aures carnea non intellegit auris spiritalis intellegit. Quid ergo dicit qui fingit laborem in praecepto. Propterea inquit laboremus in praeceptis domini diebus ac noctibus uigilamus orremus ieunamus. Quoniam multos habemus aduersarios qui captant animam iusti. Uide ne quid dicat iusti captant animam non iniusti. Non enim uolunt eos decipere qui decepti sunt sed iustos. unde dicitur in abacuc. Ne sce eius electe, et sanguinem innocentem condemnabunt. Solent aliqui dicere ille qui occisus est non occideretur nisi fornicator esset. Ut aliquod peccatum habuisset et ruina illum non occupasset nisi fuisset peccator. Nau fragium illum non oppressisset nisi peccator fuisset. Uide ergo quid dicat sancta scriptura. Et sanguinem innocentem condemnabunt. Quamdiu in isto sancto sumus omnia in commune patimur iustus et peccator aequaliter naufragant. aequalem habent carnem. et aequales conditiones carnis iustus et peccator aequaliter pereunt. Similis exitus sed diuersa praemia iustus et peccator habent. alius ducitur ad gehenna. alius ducitur ad regna caelorum. et sanguinem innocentem condemnabunt.